



DD.n.167.

fa. 367.

ME
VE



AVIVM GENERAL.

etiam si dicitur ad modum acutum
auditus alium erit; et non
impeditus cum bulli est, et
igualiter cum cunctis sonis, dolor
ambulatorum et ceterorum inesse: et
TITULUS

AVCTORE
*PAVLO HENRICO GERARDO
MOEHRINGIO,*

MED. D. SERENISS. PRINCIP. ANHALTINO - SER.
VESTANI CONSIL. ET ARCHIATRO, DYNASTIAE
AC CIVIT. IEVERANA PHYSICO PROVINC.,
ACAD. IMPER. NAT. CVRIOS. SODALE.

VENEVNT BREMAE APVD GER. GVIL. RVMP.

AVRICAЕ TYPIS TAPPERIANIS.

1752.

MVIVIA ARMIA GIGANTIBA

Totum hoc, quidquid est, in medio
pono; amicis, inimicis, ciuibus,
exteris, in illud ius esto; qui
uolet, carpito; inuitus ne legi-
to; officii gratia ne laudato.
FACCIOLATI.

• VAC. GORG. •
• VAC. HAN. •
• VAC. KORN. •
• VAC. LIT. •
• VAC. M. •
• VAC. P. •
• VAC. R. •
• VAC. S. •
• VAC. T. •
• VAC. V. •
• VAC. W. •
• VAC. Z. •
**COEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE**

SERENISSIMO PRINCIPI,
AC DOMINO,
DOMINO,
FRIDERICO
A V G V S T O ,
PRINCIPI ANHALTINO; DVCI
SAXONIAE, ANGRIAЕ, & WESTFA-
LIAE; COMITI ASCANIAE; DOMI-
NO SERVESTAE, BERENBVRGI,
SEVERUS, KNIPHVS,
etc. etc. etc.
ORDINIS IMPER. RVSSICI S. ANDREAE,
&
DVCAT. HOLSATICI S. ANNAE
EQVITI,
PATRIAE PATRI CLEMENTIS-
SIMO, SVMMAE SPEI
PRINCIPI,
FELIX SVSCEPTI REGIMINIS TERRA-
RVM AVSPICIVM SVBMISSIMMO
PRECATVR,

MENTEQVE HVMILLIMA
NATVRALIS AVIVM
HISTORIAE,
PARTEM PRIMAM,
STRENÆ LOCO OFFERT
SERENISSIMAE CELSI-
TV DINIS
fidus ac obsequentissimus seruus,
AVCTOR.



PRAEFATIO.

Lecturo!

Neminem umquam unum adeo fuisse peruersum mente crediderim, qui negaret, esse e primis humani generis officiis, summam summi Numinis bonitatem & sapientiam in creandis alium familiis ore & scripto celebrandi. Quae namque uoluntas in hominem clementissima Deum commouit, ut animantium singula genera, pisces item & insecta, e nihilo produceret, eadem certe auium condendarum illi fuit. Confirmauit id ipsum testimonio suo diuino, esse bona,

A 3

na,

na, quae creasset, additoque benedicto, ut suas singulae species ad memoriam sempiternam propagarent. Admiranda igitur eius opera pro uiribus concessis praedicemus, & summam sapientissimi Conditoris in nos clementiam submisse ueneremur. *Job. c. 36.* Quoties enim potiores quium proprietates, admirabilem membrorum structuram uariamque directionem ad uolandum^(a), currendum^(b), standum^(c) uno saepe pede^(d), natandum insuper, tam in aëre, quam in aquis^(e), singularem respirandi modum^(f), prolobi ac uentriculi^(g) uim, uel durissima concoquendi, constructionem porro artificiofissimam nidorum, in primis pendulorum^(h), alio-

-
- (a) BORELL. *mot. animi. I. c. 22.* *toto;* & *prop. 215.*
 (b) *Idem I. prop. 163.*
 (c) *Id. I. prop. 144. 145. 146. 149. 150.*
 (d) *Id. I. prop. 147. 151.*
 (e) *Id. I. prop. 217.*
 (f) *Id. 2. prop. 95.*
 (g) *Id. 2. prop. 190. 191. 194.*
 (h) Galbulae, & quarundam in Indiis auium. *Vid.*
SEB. thes. I. t. 68. f. I. ad 5. *WILL. Orn. t. 77. &c.*

aliorumque (bb), e glutine gelatinoso eduli compactorum, quid? quod in simpli-
ci ouorum figura tam ineffabilem colo-
rum, punctorum atque macularum dif-
ferentiam, infinitaque alia (θ) attenta
mente consideramus & aequam singulis
operam & diligentiam adhibemus: toti-
es ad gloriam maiestatis diuinae sincero
pectore extollendam compellimus. In-
terroga coeli uolatilia, & indicabunt tibi.
IOB. c. 12, 7.

Inter ipsos proinde historiae natu-
ralis scriptores eminent pii uiri, *DERHAM*
in Phyiscotheologia, ac speciatim magis
ZORNIVS in Petinotheologia, qui non con-
tentii nuda membrorum narratione, ex
singulis auium partibus, & quae alia ad
illas proprie referuntur, summi Numinis

A 4 poten-

(bb) Hirundinis Sicensis, nido eduli. *RAT. Sj. au. &*
BONT. Ind. Nidorum materiam explicat *RVMPH.*
herb. Amboin. tom. 6.

(θ) V. gr. migrationes auium & aliorum occultationes
durante hyeme, dum aliae totum per annum ma-
nent. *Conf. PLVCH. Specht. de la nat.* tom. I. P. 2.
Entret. II. p. 323. ad 329. *KLEIN. prodr. au. sect.* 3.

potentiam, sapientiam, ac diuinam in nos bonitatem egregie commonstrarunt. Quibus iure adiungitur *B. BROCKES*, uerus operum Dei cultor & professor adsiduus, qui carminibus fabricam (*i*), nidos (*k*) & cantum (*l*) auium, itemque lusciniam (*m*), psittacum (*n*), pauonem (*o*), cygnum (*p*), aliaque de auibus tam uenuste suis coloribus pinxit, ut uix dici queat, an in harum explicatione, an uero in grata beneficiorum memoria erga Deum maior fuerit.

Vtinam & mea exigua opera, qua distributionem auium, naturæ conuenientem, & plurimarum, quot nancisci potui, descriptiones molior, aliquid ad eumdem finem conferrem! Nihil siquidem his

(i) In opere, cui titulus: *Jedisch Vergnügen in Gott*, part. IV. p. 53. seqq.

(k) I. c. p. 284. seqq.

(l) I. c. part. V. p. 110. & part. VII. p. 286.

(m) Part. I. p. 69. & 68. edit. 1732. & part. VIII. p. 13. 16. 18.

(n) Part. VIII. p. 249. seqq.

(o) Part. IV. p. 161. seqq.

(p) Part. VII. p. 393. seqq.

his diebus usitatus est bene multis, ac
quærere: cui bono tot labores, tot re-
rum quotidianarum contemplationes, tot
eius rei gratia expendendi sumtus? Se-
quantur hi mala sua otia, tempora terant
conuiuis, aliisque uoluptatum, quibus
abripiuntur, uinculis; uix ulla responsio-
ne digni, nisi ut, a futilibus, argenti amo-
re, otio prauo, & similibus naturæ deper-
ditæ blandimentis abstinentendo, initium
otii sui capiant in perpendendis tot pul-
cris usibus, qui e creatione tum reliquo-
rum animantium, tum auium sigillatum,
in genus humanum redundant.

Ecquis facile cibo carebit tot salu-
brium & boni succi ac nutrimenti auium
domesticarum e genere gallinaceo, co-
lumbino, anatum & turdorum? Nonne
omnibus cupido ineſt phasianorum, uro-
gallorum, perdricum, gallinaginum, ru-
ſticularum, modo tot haberi possent, quot
opulentiores adpetunt? quid dicam de
magna aliarum, & præfertim Indicarum
auium congerie, quæ iis in terris in cibum

A 5

adhi-

adhibentur? quot præter ea auium genera inter quotidie obuia reperiuntur, quae non nisi paucis in regionibus, & a paucis hominibus comeduntur? Exemplo sint passeres, alaudæ, numenii, uanelli, philomachi, charadrii, & uariæ aliæ aues aquatice, sapore non contemnendo præditæ. Quibuscum conuenit, Groenlandiam pertentes nautas permultis auibus maritimis quotidie uesci, auctore *MARTENS in itin. Spitzberg.*

Verum non ipse tantum aues, sed illarum quoque oua insigne nobis alimentum largiuntur: qualia omnium sunt manufatarum oua, & uernis mensibus uanelli, neque minus auium maritimarum oua, quæ magna copia in editioribus maris puluinis & littoribus arenosis, insulis item ac rupibus marinis colliguntur, nihilque domesticis cedunt ouis. Struthionum etiam, aliarumque exoticarum oua in frequenti usu suis esse locis, itinerantium monimenta testantur.

Ipsæ

Ipsæ insuper aues nobis inferuiunt, ut suæ genti insidias struendo, hominibus alias aues minores in cibum subministrent. Tinnunculis scilicet, columbis & collyrionibus ad falcones, uariique generis alias rapaces capiendas utitur auceps. Falconum & strigis minimæ subfido, uenatores iterum perdices, alaudas ac similes aues irretiunt; ut ideo repetitis insidiis in hominum tandem utilitatem ueniant. Neque hoc loco prætermittendum est, ipsas quoque aquilas, Germanas dictas, adcolis suis gratum & gustu exquisitissimo donatum porrigere cibum. In cuius rei testimonium præter alios adduco Abbatem *de PLUCHE*, qui in libro, cui titulus: *Spectacle de la Nature tom. I. P. 2. Entret. II. p. 319. seqq.* affabili sermonis ductu refert, in montibus Galliæ præaltis & rupibus præruptis, quibus Commenii tractus nomen est, aquilas, pullorum suorum alendi gratia, e campis & filiis adjacentibus præter lepores, hircorum pullos, agnos, ceteraque quadrupedum species, uarias quoque uolucres rapere, & in nidum adponere,
capto-

capones puta, gallinas, anates domesticas æque, ac feras, phasianos, perdrices, rusticulas &c.; quod pullorum pabulum, absentibus iterum parentibus, pecudum ouiumque custodes ablaturi, quauis data opera rupes adscendere conarentur, in prædæ locum intestina aliqua animalium uiscera inutilia reponentes. Tam promte autem fieri ea non posse, ut non aliqua carnium in nido repertarum, pars a pullis arrofa sit, compensari tamen illud damnum grato carnium sapore, quæ multum quibusuis aliis uenatione hominum captis, præferrentur. Iis porro addit laudatus auctor, pastores aquilas pullas ad uolandum fere idoneas, cantenis adfigere, ne auolare queant; eo facto, in alen- dis pullis continuare parentes, usque dum longioris moræ, & perspectæ pullorum magnitudinis pertæsi, mas primum alia in rupe sedem nouam eligeret, quem mox femina sequeretur, ut nouum nidum construerent. Hunc uenandi modum, tandem concludit, adeo fertilem iis esse regi- onibus, ut uel quatuor aquilarum paria suf-
fice-

ficerent ad integrum nobilis alicuius familiam per totum annum eo ciborum generе sustentandam. En singularem uenandi rationem! En cum singulari hominum industria singularem prorsus Dei prouidentiam coniunctam, qua ferocibus his auibus locum, difficilem quamuis & altissimum, ad signat, e quo homines nutrimentum, quid? quod delicias querere possunt.

Sileo heic summas illas imperantium uoluptates, quas e uenatu ardearum, & aquilæ cauda forcipata, cum falconibus hauriunt, & quorum modus integris uoluminibus comprehensus exstat.

Veniam nunc ad illum auium usum, quem pennæ largiuntur. Retineant maiores nostri & hodierni Indiae populi stylum suum, cuius ope foliis arborum & corticibus litteras haut paruo labore insculpunt. Feliciori multum inuento pennis anserinis ad scribendum utimur, minori admodum labore breuioreque tempore complura chartæ amandantes, quam ullo alio fieri posset instrumento. Nec anserinæ solum, sed & aliae uariarum auium
pennæ

pennæ remiges, non nimis duræ, aquilarum u. gr., eidem scopo conducunt; quem ad modum in subtilibus lineis litterisque consignandis corui maxumi commode utimur remigibus: quorum præter ea haut exigua laus est in musicis instrumentis, que Gallis *Clavessins* uocantur, ita adornandis, ut eorum elastica ui, chordæ fortiorum acutioreumque tonum resonent. In ornatum pariter struthionis pennæ, ut ab Europæis, ita paradisearum &c. a uariis Indiarum magnatibus & regibus ipsis adhibentur.

Quid porro plumæ, anserum præferunt, & plumulæ in lectis farciendis commodi præstent, omnibus quotidiano usu notum. Et cur non aliæ aliarum auium plumae leues & elasticae aequa bonae forent? uti namque constat, anatis S. Cutberti, uulgo *Eider*, plumas ob magnam levitatem & expandendi uim apud omnes in summa laude esse, atque *KOLBI* memoria proditum est, in promontorio bonac spei larorum & gauiarum plumas anserinis adhuc præferri: ita aliarum quoque auium

auium plumas non minus ad eumdem usum idoneas fore, modo exactius inuestigarentur & ei uis auibus haberi possent, nullum est dubium. Alia auium commoda frequentia nemini ignota taceo.

Iam paucis delicias illas expediam, quas e multis auium proprietatibus percipimus. Quod enim nec uni quadrupedum a sapientissima Creatoris directione datum est, ut loquela hominem imitentur, id arte psittacis, coruis, sturnis, conciliari, compertum est. In cantus autem dulcedine uolucres reliqua animantium genera iucundissime superant. Quid enim mirabilius lusciniæ ineffabili uocis modulatione? quid fringillarum cantu amoenius? quid turdorum sibilo cantuque fistulari? quid turdorum gemitu garriente? Non heic adtingam canorarum Indicarum agmina. Et quid in uniuersum aures magis excitat, quam uernis diebus in siluis & hortis canorarum audire miram cantus uarietatem, qua tristes animi ad uoluptatem redeunt.

Sed

Sed ne his quoque suas oblectationes inesse, fatuus constituerit: num etiam de splendidis illis amoenitatibus subringet, quæ uisus in uariis auibus detegit? Etenim siue *proceritatem* in struthione, rhea, cela, phoenicoptero, & uulture Americano, cuntur adpellato: siue *colores* in nostratisbus elegantissimos, in ispida, cornice cœrulea, picis uariis, anate Tadorna, phasiano; uel in (q) Indicis, coruо, Indico Belgis communiter nuncupato, psittacis, & permultis aliis, quibus ferruidæ illæ regiones abundant: siue *rostra* bucconis, sphenisci, loxiæ, recurvirostræ, pelecani, phalacrocoracis: siue rhinocerotis auis coruo: siue elegantes quarumdam *corollas* plumaceas, uertici impositas: siue miræ longitudinis *colla* in cygno, Anhinga MARCGR, Soco eiusdem, phoenicoptero, aliis: siue *collum tortile* in iynge: siue *aculeos* anferis Gambensis & Anhimæ Brasiliensium: siue *caudarum* superbiam in pauone, paradisiæ, &c.: siue *linguarum* fabricam in picis & iynghibus:

(q) Conf. BOSMANN, *Voyag. de Guiné*, ep. 15.

bus: siue *pedum* conformatiōnem in psittacis, cuculo, picis, iyngibus, ifpida, Touraco *EDWARD.*; siue comicas & quasi saltantes uirginis Numidicæ *inceffus* uariationes; siue innumera alia singularia, quibus uariæ aues superbunt, paullo curatius perpendamus: ubicumque diuinæ uestigia sapientiæ offendentes, ad gratiam uenerationem compellimur.

Veniam heic ab æquo Lectore me imperaturum confido, qui obuia hæc, neque paucis nota, tam operose exegi. Mirus hominum plerorumque, quid quod [in tam acuto sæculo uix dices!] litteratorum numerus, qui de talibus laboribus supercilia adtollunt, me coëgit, ut humilibus rationibus humi serpentes illorum cogitationes & dictiones complanarem.


Non autem subsisto in generibus auium, quæ nunc luci expono; sequentur, si fata uoluerint, iam fere ad finem perducta synonyma omnium auium cum epichrifi; atque tandem singularum, quas omni conquerire opera potui, auium descriptiones, octodccim annorum spatio

B

ex

ex ipsis aibus concinatae, reuise, iterumque curis posterioribus passim renouatae, ac figuris rariorum, praesertim maritimarum, ornatæ. Vix credideris, Lector, quam saepe probatissimi etiam in hac re habiti auctores alienis oculis uiderint, quot pictas auium imagines descripserint, quoties alios iisdem uerbis, noua tamen uenitantes, transcripserint, quoties imperitorum saepe uenatorum relationes, cultu supersticio, pro ueris uendiderint. Hæc omnia uero nullibi magis, quam in aquaticis, ac maritimis uolucribus, reperias. Maris ego accola, nec sumtuum, nec laboris tot annorum pertæsus, exigua quædam molitus sum; utinam in proxumi commodum, utinam in diuini Numinis gloriam!

PRAE-



PRAECOGNITA.

TERMINI ARTIS.

Pennas non nisi remiges alarum & caudae rectrices appellō.

Plumarum uero nomine omnes reliquias totius corporis, quibus avis uestitur, intelligo.

Plumulae tandem mihi sunt molles illæ ac subtile pluma fibrillosæ, quæ sub plumis superioribus in quarumdam aquium generibus, u. gr. accipitribus, anatibus &c. absconduntur, denseque corpus avis contra aëris & aquæ iniurias & frigora muniunt.

Auen hornotinam dico, quæ uix annum nata, plumas nondum mutauit: adulatam uero, cui omnis color quotannis idem manet post primum defluuium plurarum, si præternaturales colorum aberrationes excepteris. Pullus tandem erit, qui primis suis a natuitate plurulis ad huc gaudet, cuique pennæ & pluma nondum ad debitam magnitudinem excreuerunt.

Cera uocatur tunica callosa, nuda, basin rostri cingens in accipitrum generibus quibusdam, & paucis aliis.

Palaria sunt molles lobi, cutacei, penduli, in gallinaceo genere, gallina Africana, casuario, &c.

Pars supina a capite per collum & dorsum ad podicem computatur: *pars prona* a guttura per iugulum, petus & uentrem ad uropygium. Contrario sensu *GENERVUS* olin, *CVSIVS*, & alii nomina hæc in descriptionibus suis adhibuerunt; uti *RAIVS* iam bene monuit, rationemque uocum illarum in *præf.* ad *WILL.* *Orn.* redditit.

Podex est locus inter dorsum & caudam; quem alii simul ad uropygium referre solent.

Guttur principium plumarum in parte prona denotat, quoad illæ intra mandibulas continentur.

Iugulum est pars prona colli a guttura ad sterni principium; quæ ideo regionem prolobi simul complectitur. *Pectoris* terminus illud est spatium, quod sternum occupat. *Venter* infra pectus mollem illam partem indicat, ossibus orbam.

Uropygium in parte prona circa anum est.

Remiges sunt alarum pennæ maximaæ, infimam illarum seriem constituentes.

Remiges primi ordinis incipiunt ab extimis remigibus & sensim breuiores desinunt, ubi sequentes æquæ longi evadunt. *Remiges medii ordinis* infimi sunt in mediis alis, & ad nudum uisum æquæ longi. *Remiges tertii ordinis*, uel prope dorsum, est ille remigum fasciculus, qui in aliis aquaticis, mediis remigibus iterum longior fit, in passerum familia uero sensim breuior.

Alæ nothæ sunt plumæ illæ longiores, rigidae in nonnullis aliis aliis, u. gr. anatibus, gauis &c sub axillis sitæ. *Alæ nothæ exterioris* *WILL.* denominatione carere possumus.

Rectrices sunt pennæ maiores, caudam constituentes.

Femur

Femur superius est ea pars, qai in hominibus proprie
femur uocatur.
Femur inferius superiori infra connexum est, quod mul-
tis adhuc musculis abundat, ac in hymenopodibus
& dermatopodibus plumis tegitur, in hydrophilorum
vero multis, ac brachypterarum quibusdam, parte
inferiori plumis nudum est. Illud tibiam nuncu-
pamus in homine.

Tibiam uoco muscularis destitutam partem macilentam,
tendinosam, inter femur inferius & digitos sitam,
qua in compluribus avibus plumis nuda, exceptis
paucis aquilis, strigibus, tetraonibus &c. uel tenui
membrana in hymenopodibus; uel crassa cute cori-
acea in dermatopodibus &c. uestitur. Ea pars tarfi
in homine uices supplcit.

Articulatio inter femur inferius & tibiam *genu* nominatur.
In generibus avium asteriscum [*] notatum uideas, quo
intellexi, me aues ipsas uel uiuas, uel modo mortui-
as integras examinasse. Aliud crucis [†] signum uult,
exuuias parum mancas fuisse, nec omni dubitatione
liberas. Quibus nulla præfigitur nota generibus,
ex auctdruum testimoniis petita uelim, adeoque ne-
cessario repetenda in uiuis.

In mensura & pondere avium obseruanda:

- I. Singularum mensura est pes rhinlandicus, in duode-
cim uncias diuisus, quarum quælibet iterum uicia in
octo partes æquales distribuitur. Qum vero mensu-
ra rhinlandicæ aliqua uariis in locis diuersitas offenda-
tur

- tur, meæ, Amstelodamo communicatæ, copiam in tab. I.
faciam, quam primum auium descriptiones in lucem
emisero.
2. Mensura in mortais auibus capienda uel confessim
post mortem, uel aliquot diebus post, quando mem-
bra non amplius rigida sunt; qui rigor aliquot post
mortem horis incipere, & per diem unum alterumue
continuare solet, unde partes quædam, in primis col-
lum, corrugantur & contrahuntur.
 3. Mensura de pellibus auium siccårum suffultis sumta
plerumque paullo minor euadit, quam in recentibus
auibus, contractis per siccitatem multis partibus.
 4. Longitudo tota mensuratur a rostri principio ad caudæ
finem. Longitudo a uertice ad humeros sumitur usque
ad prominens in ortu alarum os humeri.
 5. Mensura digitorum capitur sine unguibus.
 6. Ponderis tandem ratio habenda. Singula libra con-
tinet sedecim uncias uulgares. Subiunxi illud plurimis
auium descriptionibus, ne deficeret aliquid, quod WILL.
& RAI. necessarium putarant; quamvis experientia con-
firmet, magnam esse in eadem specie inter quodlibet
individuum uarietatem ratione anni temporum, &c.

SYNOPSIS

SYNOPSIS METHODI.

Aues sunt uel

- I. genibus antice plumosis, pedibus tenui membrana squamata testis, & digitorum principio arcte inter se connexo. **HYMENOPODES.**
- { 1. rostro elongato, conuexo, ad cristam compressio. **PICAE.**
 { 2. rostro conico, subito attenuato. **PASSERES.**
 { a. rostri basi subcylindracea, crassa, in apicem acutum celerrime excuncta; uulgo **CRASSIROSTRAE.**
 { b. rostro subulato, basi superne triquetra, infra planiuscula; uulgo **TENVIROSTRAE.**
- II. genibus antice plumosis, pedibus cute coriacea rugosa testis. **DERMATOPODES.**
- { 1. rostro aduncu, uncungues. **ACCIPITRES.**
 { 2. rostro conico, apice incuruo. **GALLINAE.**
 { a. digitis anticis principio laxe coniunctis, ope paruae membranæ coriacea.
 { b. digitis penitus fere fissis, rudimento tantum membranæ inter digitos anticos hærente.
- III. genibus antice nudis, alis ad uolatum fere ineptis, fissipedes, cursores. **BRACHYPTERAEE.**
- IV. genibus antice nudis, pedibus cute molli, coriacea testis. **HYDROPHILAE.**
- { 1. marginibus oris dentato-serratis. **ODONTO-RHYNCHAE.**
 { 2. rostro subovato, angustissimo, arctissime ad latera compressio. **PLATYRHYNCHAE.**
 { 3. rostro conoide, conuexo, ad latera compressio, palmipedes. **STENORHYNCHAE.**
- a. rostro

3. rostro primum recto, deinde adunco.
 b. rostro subulato, recto, ad extremum apicem parum curvo.
 c. rostro subulato, recto.
 4. rostro conoide, ad latera compresso, palmipedes; membranis digitorum diuisis. *VRINATRICES.*
 5. Sulco uel foucola ante nares. *SCOLOPACES.*
 Resqu:
 a. rostro conico, ad latera compresso; semipalmipedes.
 b. rostro conico, ad latera compresso; fissipedes.
 c. rostro utrinque pyramidali-trigono; fissipedes.
 d. rostro subulato, teretiusculo; semipalmipedes.
 e. rostro subulato, teretiusculo; fissipedes.

ORDO GENERVM.

Classis I. HYMENOPODES.

Ordo I.

P I C A E.

Collyrio.	Picus.
Paradisea.	Sitta.
Bucco.	Colius.
Tragopan.	Certhia.
Coracias.	Curruga.
Corvus.	Rhyndace.
Caryocatactes.	Ispida.
Pyrrhocorax.	Merops.
Sturnus.	Vpupa.
Turdus.	Troglodytes.
Menodus.	
Cuculus.	Ordo 2.
Lynx.	PASSERES.
	a. rostri basi subcylindracea, crassa, in apicem acutum extreme exente.
	Loxias.
	Pyrrhulas.
	Chloris

Chloris.
Fringilla.
Spinus.
Ampelis.
b. *rostro subulato, basi supra triquetra, subtus platinuscula.*

Ficedula.

Erithacus.

Alauda.

Motacilla.

Luscinia.

Asilus.

Parus.

Orites.

Hirundo.

Classis II.
DERMATOPODES.

*Ordo 1.***ACCIPITRES.**

Strix.
Caprimulgus.
Psittacus.
Falco.
Aquila.
Vultur.

*Ordo 2.***GALLINAE.**

a. *digitis anticis principio laxe coniunctis, ope paruæ membranæ coriaceaæ.*
Pavo.
Crax.
Cenchramus.

Meleagris.

Gallus.

Tetrao.

Coturnix.

b. *digiris penitus fere fissis, rudimento tantum membranae inter anticos brevem.*

Columba.

Palumbus.

Classis III.
BRACHYPTERAÆ.

Struthio.

Rhea.

Cela.

Raphus.

Otis.

Classis IV.
HYDROPHILÆ.

*Ordo 1.***ODONTORHYNCHÆ.**

Phœnicopterus.

Pelecanus.

Anas.

Mergus.

Ptynx.

*Ordo 2.***PLATYRHYNCHÆ.**

Spheniscus.

*Ordo 3.***STENORHYNCHÆ.**


a. *rostro primum recto, dein adunc.*

Onocrotalus.

Graculus

Graculus.	Trochilus.	
Lepturus.	Numenius.	
Chenalopex.	Totanus.	
Arctica.	Hæmatopus.	
Gauia.	Charadrius.	
Buphagus.	Hiaticula.	
Procellaria,	Vaneillus.	
b. <i>rostro subulato, recto, ad extremum apicem parum curvo.</i>	Philomachus,	
Vria.	Schoenclus.	
Larus.	e. <i>rostro subulato, teretiusculo; fissipedes.</i>	
Cataractes,	Cinclus.	
c. <i>rostro subulato, recto.</i>	Trynga.	
Cephus.	Rusticula.	
<i>Ordo 4.</i>		
<i>VRINA TRICES.</i>		
Colymbus.	*	
Fulica.	*	
<i>Ordo 5.</i>		
<i>SCOLOPACES.</i>		
a. <i>rostro conico, ad latera compresso; semipalmipedes.</i>	Nisus.	
Grus.	Buteo.	
Ibis.	Cornix.	
Ardea.	Fringillæ adfinis.	
Crex.	Troglodytæ adfinis.	
b. <i>rostro conico, ad latera compresso; fissipedes.</i>	Columbae adfinis.	
Ciconia,	Diomedæa.	
Scops.	Ardeæ adfinis.	
c. <i>rostro utrimque triquetro; fissipedes.</i>	Cuculo adfinis.	
Ortygometra.	Galbula.	
d. <i>rostro subulato, teretiusculo; semipalmipedes.</i>	Atagen.	
	Phalacrocorax.	
	Nycticorax.	
	Palamedæa.	
	Merula.	
	Iaguacati guacu.	
	Trogon.	

CHA-



CHARACTERES GENERVM AVIVM.

Classis I.

HYMENOPODES.

Char. *Genua antice plumosa.*

*Pedes membrana tenui, squamata testi.
Digitii principio inter se, & cum meta-
tarso, ope membranulæ, arctissime
connexi.*

Ordo I.

P I C A E.

Char. *Rostrum elongatum, conuexum, ad cri-
stam compressum.*

COL-

1. COLLYRIO. *

Falconis species. LINN. gen. 35.

Ampelidis species. LINN. Syst. nat. ed. 6. gen. 78.

Def. *Rostrum rectum, supra obtusum, apice aduncō, dente prominulo ad uncum in margine; apice superiori deorsum incuruo.*

Digitī antici tres: posticus unus.

Ols. Medium hoc est genus inter *Picas & Accipitres*: his quoad rostrum simile, tūde omnes hāctenus auctores falconibus illud subiunxere: illis tamen e pedum & digitorum fabrica manifesto & naturali ordine adnumerandum.

2. PARADISAEA. † LINN. gen. 36., ed. 6. gen. 44.

Manucodiata Auctorum.

Def. *Rostrum conico subulatum, lateraliter compressum.*

Nares subrotundae, plumulis frontalibus postice parum tectae.

Fasciculi cirrhuso-plumosi, utrimque lateribus abdominis sub alis enati.

Cauda binæ restringentes (a) mediæ, totam auem multum superantes, basi per breue spatiū plumosæ, dein maximum partem subnudæ, apice iterum plumoso.

Digitī cum metatarso & basi inter se, arcte connexi: extimus cum medio per pri-

primum & dimidium alterum articulum; intimus cum medio dimidi spatio primi articuli.

(a) Rectrices decem CLVISIVS numeravit, exceptis binis illis mediis longissimis. Ergo duodecim in uniuersum rectrices.

Obs. Amicissimus LINNÆVS ex SEBÆ *Thes.* genus suum procul dubio concinnauerat, quod ratione exortus rectricum 2 mediarum a natura alienum. Correxit tamen definitionem in *sexta Syst. Nat. editione.* Ipsum uero SEBAM in *Thesauro suo* eundem pennarum ortum falsum descripsisse, ualde miror, quum in exemplari meo sicco, Aroësico SEB. *Thes.* I. p. 99. t. 63. f. 1. & 2. pennæ illæ binæ longissimæ e media cauda apertissime exsurgent, uti definitio mea habet, & CLVISIVS iam olim adnotauit: quæ ceterum partim ex aue sicca musei mei, partim e SEBÆ specie amboïensi, *Thes.* I. p. 63. t. 38. f. 5. exhibita, est conflata.

3. BVCCO. †

Ramphastos, LINN. *Syst. nat. ed. 6. gen. 38.*

Pica Bressilica. ALDR. *Orn. I. p. 398. t. 12. f. 5.*

Toucan *Auctorum.*

Def. *Rostrum* amplum, maximum, cranio multum longius, utraque mandibula deorsum apice incurua, marginibus dentatis.

Nares rotundulæ, pone rostrum, a plurimis frontalibus absconditæ.

Lingua

Lingua linearis, penniformis, circumcir-
ca tectis lacera.

Digiti antici bini, totidemque (a) postici.

(a) Ita THEVETVS, LOCHN. in BESLER. & LINN. ed. 6. sed ALDROV. & Abbas de PLVCHE dans le Spectacle de la Nat. anticos ternos, posticum unum, habent. Id quod erroneum certe uidetur, quia species huius generis, *Aracari* MARCCR. digitos anticos & posticos binos habet. Reliqua definitionis meæ e capite sic-comusci mei desumsi; hinc ap. LINN. l. c. corrigendum, nares esse nullas, quæ certe pone rostrum in declivi adsunt.

4. TRAGOPAN.

Rhinoceros aus BONT. & RAI.

Def. *Rostrum* falcatum, basi superne in cor-
nu recuruum excrescente.

<i>Lingua</i>
<i>Cauda</i>
<i>Digiti</i>

Obs. Tragopan nomen PLINII est, quod male ap.
CHARLET, *Onom.* Tragopanda uertitur.

5. CORACIAS. *

Corui species. LINN. *Syst. nat.* ed. 6. gen. 40.
Garrulus Argentoratenus; *Auctorum.*

Def. *Rostrum* rectum, a basi uersus apicem
parum descendens.

Nares linear - oblongæ, nudæ, adscen-
dentes.

Pone

Pone Oculos cutis rugosa, nuda, quasi uer-
rucosa.

Digiti antici tres, penitus (a) fissi: po-
sticus unus.

(a) Vnum hoc est genus, quod in tota hac classe digi-
tis fissis gaudet.

6. CORVVS. * LINN. gen. 38, ed. 6. gen. 40.

Def. *Rostrum* rectum, apice parum descen-
dente. *Plumæ setosæ, rigidæ, basi*
rostri arcte incumbentes.

Nares setis frontalibus tectæ, subro-
tundæ.

Digiti antici tres, basi arcte cohærentes:
posticus unus.

7. CARYOCATACTES.

Corvus Indicus. BONT. hist. Ind. 62.

Def. *Rostrum* parum falcatum, ad basin su-
pra gibbosum.

Tempora nuda.

Rectrices exteriores sensim breuiores.

Digiti antici tres: posticus unus.

8. PYR-

8. PYRRHOCORAX. †

Aues Paradisiacæ quædam ap. SEB. tbcf. I. t. 46. f. 3.
& t. 52. f. 3.

Def. *Rostrum* rectum, supra subacutum.
Plumæ setosæ, basi rostri incum-
bentes.

Nares subrotundæ

Lingua

E caudæ rectricibus binæ cirrhosæ, tota
aue longiores.

Digiti antici tres: posticus unus.

9. STURNVS.* LINN. gen. 73., ed. 6. gen. 74.

Def. *Rostrum* rectum, supra & infra de-
pressum, plano-conuexum, mar-
ginibus oblique extus produc̄tis,
planiusculis. *Mandibula inferior* basi
sursum arcuata, arcu a sinu man-
dibulæ superioris excepto.

Nares nudæ, infra planæ, supra cute ele-
uata horizontali semitectæ.

Lingua apice detruncato, bifido, segmen-
tis laceris.

Digiti antici tres: posticus unus.

10. TVR-

IO. TVRDVS. * LINN. gen. 72., ed. 6. gen. 73.
Galbula auctorum.

Def. *Rostrum* subrectum, apice parum descendens; marginibus oblique descendentibus.

Nares oblongæ, proxime a plumis frontis sitæ.

Lingue apex lacerus; uel bifidus, segmentis hirtis.

Digiti antici tres: posticus unus.

Obs. *Galbulae* apex linguae in medio acute bifidus. segmentis hirtis, & nares prorsus nudæ sunt; reliqui uero turdi nares postice a plumis frontalibus testas habent.

II. MONEDVLA.

Cuiriri Acamaku. SEBÆ thes. 2. p. 93. t. 87. f. 2.

Def. *Rostrum* turdino generi simile.

Lingua

Vertex crista plumacea erecta ornatus.

Cauda flaccida, rectricibus interioribus gradatim longioribus.

Tibiae

Digitii

C

12. CV-

12. *CVCVLVS.** LINN. gen. 39., ed. 6. gen. 43.

Def. *Rostrum rectum, supra ad basin subacutum, mox obtusum, apice tantillum descendente.*

Nares subrotundæ, marginibus prominulis, cum media papilla.

Lingua sagittata, integra.

Cauda reclinata ipso corpore longior. *Rectrices* decem, exteriores gradatim breuiores.

Digiti antici bini, totidemque postici.

13. *ITNX.** LINN. Syst. nat. ed. 6. gen. 42.

Cuculi species. LINN. gen. 39.

Def. *Rostrum rectum, supra in basi & apice acutum, in medio obtusum.*

Nares lineares, rectæ, planæ.

Lingua subteres, intra trochleam longissime extensilis, apice subulato, auditores eundem ossculo, integro.

Cauda reclinata corpore breuior. *Rectrices* decem, fere æquales, extimus parum breuioribus.

Digiti antici bini, totidemque postici.

14. PL.

14. *PICVS.** LINN. gen. 40., ed. 6. gen. 41.

Def. *Rostrum* rectum, polyedrum, supra acutum, apice lateraliter cuneato.

Nares oblongæ, plumis frontalibus setosis arcte tectæ.

Lingua teretiuscula, intra trochleam longissime extensilis: apice subulato, osseo, lateraliter retrorsum setoso.

Cauda rigidissima. *Rectrices* decem, apicibus quasi præmorsæ.

Digiti antici bini (a).

(a) In plerisque speciebus bini quoque postici digitus sunt. Ast LINNAEVS picum etiam pedibus tridactylis detexit.

15. *SITTA.** LINN. gen. 41., ed. 6. gen. 77.

Def. *Rostrum* rectum, supra obtusum, apice quasi retuso, lateraliter tantillum cuneato.

Nares subrotundæ, plumis frontalibus tectæ.

Lingua membranacea, planiuscula: apice diviso.

Cauda rigida. *Rectrices* duodecim, aquales.

Digiti antici tres, posticus unus.

16. COLIVS.

uid. SEB. tbcf. I. t. 60. f. 5. & tom. 2. t. 3. f. 4., t. 70. f. 8.

Def. *Rostrum* conico - subulatum, uersus apicem obiter falcatum; cranii circa longitudine.

Nares lineares, rectæ.

Lingua

Cauda corpore breuior. *Rectrices* fere æquales, exteriore sensim tantillum breuiores.

Digiti antici tres, posticus unus.

17. CERTHIA. * LINN. gen. 42.

Ispidæ species. LINN. Syst. nat. ed. 6. gen. 46.

Def. *Rostrum* crano fere longius, utrumque falcatum, subulatum, supra subacutum.

Nares lineares, rectæ, tuberculo superne basin uersus munitæ.

Lingua membranacea; apice acuto, integro.

Cauda rigida. *Rectrices* duodecim, exteriore gradatim breuiores.

Digiti antici tres, posticus unus. Intimus & extimus cum medio, æquali spatio, per primum medii articulum arcte cohærent.

18. CVR-

18. CVRRVCA.

u. SEB. theſ. I. t. 30. f. 5. ; t. 31. f. 10. ; t. 45. f. 3. ; t. 51. f. 7.

Def. *Roſtrum* cranio longius, conico - subulatum, utrumque modice falcatum.

Nares

Lingua

Caudæ rectrices quædam corpore auis longiores.

Digiti antici tres, posticus unus.

19. RHYNDACE.

Avis Paradisiacæ species. SEB. theſ. I. t. 66. f. 3.

Def. *Roſtrum* conico-subulatum, uersus apicem obiter falcatum.

Nares oblongæ.

Lingua

Caudæ rectrices æquales.

Digiti antici tres, posticus unus.

20. ISPIDA. * LINN. gen. 44., ed. 6. gen. 46.

Def. *Roſtrum* capite longius; lateribus basin uersus obiter angulatis; apice lateraliter anguste cuneato.

Nares exiles, lineares, plumis nudæ.

Lingua superne basin uersus foramine perforata: apice acuminato, integro.

C 3

Digiti

*Digi*ti antici tres : medius cum extimo
trium spatio articulorum : cum in-
timo unius & primi interuallo ar-
ticuli arte cohærens. Posticus
solutus.

Obs. Character ab Ispida uulgari auctorum petitus.
Exoticas alii conferant, ut signa generis
certa, singulis speciebus applicanda, eu-
dant. Nostratis digitos sollicite descripsi,
adeo ut uix opus sit, ei picorum digitos
amplius adsignare.

21. MEROPS. CHARLET. *Onom.* 87. fig. nitid.

Ispida species, LINN. ed. 6, gen. 46.

Def. *Rostrum* capite longius, subrectum,
acutum.

Nares subouatæ, nudæ. u. CHARL. fig.

Lingua tenuis, profunde incisa, seu lacera.

*Digi*ti antici tres : medius cum extimo
duorum spatio articulorum : cum in-
timo per primum articulum ar-
te cohærens; posticus solutus.

Obs. Characterem hunc e CHARLETONO & WIL-
LISBY desumsi. Quodsi omnia hæc uera,
ab Ispida genere nimium diuersus Merops.

22. VPV-

22. *VPVPA.* * LINN. gen. 43., ed. 6. gen. 45.

Def. *Rostrum* angulatum, obiter falcatum,
apice acuto.

Nares subrotundæ, plumis frontalibus
parum testæ.

Palatum utrumque solidum, planissimum.

Lingua rudimentum triquetrum, intra
fauces latens.

Corolla plumosa uerticis, in dupli serie
parallela diuisa.

Digiti antici tres, posticus unus: anticus
intimus a medio solutus.

23. *TROGLODYTES.* * LINN. gen. 77.

Trochilus. LINN. ed. 6. gen. 76.

Def. *Rostrum* subulato-filiforme, cranio lon-
gius.

Lingua profunde bifida, segmentis subu-
latis.

Rectrices decem.

Digiti antici tres, posticus unus: medi-
us bimis internodiis extimo, unico
tantum intimo, cohærens.



Ordo 2.

P A S S E R E S .

Charact. *Rostrum conicum, subito attenuatum.*

a. *Rostri basi subcylindracea, crassa, in apicem acutum celerrime excuntem.*

24. LOXIAS. *

Loxiæ species. LINN. gen. 70., ed. 6. gen. 79.

Def. *Rostrum cruciatim recurvum, apicibus se decussantibus, mandibula superiore mobili.*

25. PYRRHVLAS. *

Loxiæ species LINN. gen. 70., ed. 6. gen. 79.

Def. *Rostrum crassissimum, breve, undique conuexum, extremo apice parum incurvo.*

Nares rotundulæ, in plano profundiore, antice semilunari, sitæ.

Lingua apex subtiliter lacerus.

26. CHLO-

26. *CHLORIS.* * ALDROV.

Fringillæ species. LINNÆVS gen. 69.

Emberizæ species. LINN. ed. 6. gen. 81.

Def. *Rostrum crassum, breue, undique con-
nexum, rectum. Mandibula utra-
que alteram sinu baseos excipiens.*

Linguae apex integer.

27. *FRINGILLA.* * LINN. gen. 69., ed. 6. gen. 80.

Def. *Rostrum conicum, breue, acutum. Man-
dibula utraque alteram sinu baseos
excipiens.*

*Linguae apex modo bifidus, modo la-
cerus.*

28. *SPINVS.* *

Emberiza. LINN. ed. 6. gen. 81.

Fringillæ species. LINN. gen. 69.

Def. *Rostrum conicum, medio margine in-
trorsum depresso. Mandibula su-
perioris basis excisa pro arcu man-
dibulae inferioris excipiendo.*

*Palatum superius in medio in tuberculum
osseum eleuatum.*

Lingua integra, apice setulis lacero.

29. AMPELIS. * LINN. gen. 71, ed. 6, gen. 78.

Def. *Rostrum conicum, rectum, apice extre-
mo tantillum incuruato.*

*Nares oblongæ, plumis frontalibus arcte-
tectæ.*

Linguae apex bifidus.

*Remigum aliquot mediorum apices ad-
pendiculati (a), membranacei.*

(a) In specie nostrate apices quinque plerunque, in-
terdum sex septemue numerantur : in Americana
specie quatuor tantum SEBA recenset.

b. *Rostro subulato, basi superne triquetra, subtus planius-
cula.*

30. FICEDVLA.

Sanguillo PETIV. ap. RAI, Syn. au. 197. f. 21.

Def. *Rostrum conico-subulatum, apice in-
curuo.*

Vertex postice in gibbum eleuatus.

Rectrices tres, media longiore.

Digi antici tres : posticus unus.

-MA. QD

31. ERI-

31. ERITHACVS.

Tooracca PETIV. ap. RAI. Syn. au. 197. f. 22. 23. 24.

Def. *Rostrum* conicò - subulatum, apice incurvo.

Vertex postice in gibbum elatus.

Setæ paucæ, tenues, e ceruice, & similes alia e frontis principio existentes.

Rectrices quot? fere æquales.

Digiti antici tres: posticus unus.

Ols. Duo hæc genera ualde adsimilia sunt; quæ Passeribus inimiscui, donec certiorem locum obtineant post obseruatas recentes species.

32. ALAVDA. * LINN. gen. 74., ed. 6. gen. 75.

Def. *Rostrum* cylindraceo - subulatum, rectum.

Lingua apex modo bifidus, modo lacerus.

Vnguis posticus anticos digitos cum ungue longitudine (a) superat.

(a) Hac nota cum alaudis conuerit *Montifrigilla calciribus alaudæ* WILL., rostri autem fabrica, quæ distinctior est proprietas, Fringillæ merito adcenfetur.

33. MO-

33. MOTACILLA.* LINN. gen. 75., ed. 6. gen. 82.

Def. *Rostrum* subulatum, rectum.

Linguae apex acute bifidus.

Digitus cum ungue posticus antico me-
dio cum ungue breuior.

4. LVSCINIA.*

Motacillæ aliquor species. LINN. gen. 75., ed. 6. gen. 82.

Def. *Rostrum* subulatum, rectum.

Linguae apex lacerus.

Digitus cum ungue posticus antico me-
dio cum ungue breuior.

35. ASILVS.*

Motacillæ species. LINN. gen. cit.

Def. *Rostrum* subulatum, rectum.

Linguae apex lacerus.

Digitus cum ungue posticus antico me-
dio cum ungue æqualis.

36. PA-

36. PARVS. * LINN. gen. 76., ed. 6. gen. 83.

Def. *Rostrum* subulatum, rectum, superficie uersus apicem parum descendente.

Nares plumis frontalibus tectæ. *Margo* narium annularis, prominulus.

Lingua apex truncatus, setis (a) lacerus. *Rectrices* caudæ fere æquales.

Digitus cum ungue posticus antico medio cum ungue breuior.

(a) Variat incisio apicis linguae: in *paro maiore* apex uel 4 setis terminatus; in *paro caruleo* apex setis quidem terminatus, sed setarum una uel altera in quibusdam indiuiduis lacera euadit. *Paro atro* est singula seta in singulo apicis truncati margine, medio spatio fere uerticali, integro.

37. ORITES. *

Parus caudatus Auctorum.

Def. *Rostrum* subulatum, subrectum, apice incuruo.

Nares plumis frontalibus largissime tectæ. *Margo* narium planus, uix prominulus.

Lingua apex bifidus, segmentis laceris. *Rectrices* interiores gradatim multo longiores.

Digitus cum ungue posticus antico medio cum ungue æqualis, uel uix breuior.

38. HI-

38. *HIRVNDO.* * LINN. gen. 78., ed. 6. gen. 84.

Def. *Rostrum minimum, subulatum, basi de-*
pressum.
Rictus capite ipso amplior.



Classis II.

DERMATOPODES.

Char. *Genua antice plumosa,*
Pedes corio crasso (a), rugoso tecti.

(a) In iis, quibus tibiae plumis hirsutæ sunt, & simul quandoque digiti, ad congeneres aues respicendum est.

Ordo I.

ACCIPITRES.

Char. *Rostri apex aduncus.*

Digiti principio laxe coniuncti, ope membranæ coriaceæ, paruæ, inter extimum & medium digitum.

Vngues ualde curui, fere semicirculares.

AH 86

39. *STRIX*

39. STRIX. * LINN. gen. 34., ed 6. gen. 35.

Def. *Rostri* superficies a basi ad apicem adunca. Membrana nulla callosa [*cera*] baseos.

Nares plumis pilosis rigidis frontalibus teatæ.

Digiti antici tres, posticus unus: extimus retrorsum uersatilis.

40. CAPRIMVLGVS.

Noctua Iamaicensis. SLOAN. hist. Iam. 2. t. 255.

Caprimulgus seu Noctua syluatica Iamaicensis, minor.
RAI. Syn. au. adpend. 180.

Def. *Rostri* apex aduncus.

Nares in tubulum, supra rostri superficiem exstantem, eleuatæ.

Digiti antici tres; posticus unus.

Obs. Quærendum in recenti àue, an digitæ posticæ binis sint, an uero anticus extimus retrorsum flexilis? an denique dermatopodes inter, hinc hymenopodes pertineat? quod ultimum Consultiss. KLEIN. hist. au. prodr. pag. 81. n. 2. arbitrari uidetur, hirundinibus àuem hanc adnumerans.

41. PSIT-

41. PSITTACVS. * LINN, gen. 33., ed. 6. gen 37.

Def. *Roftri* superficies a basi statim adunca,
Cutis (a) membranosa basin utriusque mandibulae cingit.

Nares rotundæ.

Digitæ antici bini, totidemque postici,
Membrane coriaceæ rudimentum
 anticornum articulum primum ar-
 etissime connectit.

(a) Ceram hanc in Psittaco minimo uiridi & rubro In-
 dico EDWARD. ap. SELIGM. I. 1. non inuenit.

Obs. In hoc genere si corium tibiarum inspicimus, ma-
 nifesto docemur, signum hoc plus ualere,
 quam digitorum constructionem. Quidenim
 psittaco commune cum picis, uel iynge, uel
 cuculo, nisi solus digitorum situs? cum ac-
 cipitrum classe conuenit rostro uncinato
 & pedum corio simul; quamvis carniuora
 non sit. Attributis aliisque accidentibus
 carere sane debemus, qui ex solo adspectu
 externo genera ordine naturali distribui-
 mus; alias psittacus loxiæ æque cognatus
 esset, ac picis.

42. FAL-

42. *FALCO.* * LINN. gen. 35., ed. 6. gen. 36.

Def. *Rostri* superficies a basi statim adunca: *mandibulae superioris* basis cera obducta, marginis medio dente exstante; margine *mandibulae inferioris* opposito, profundo sinu exciso.

Nares rotundæ: media *papilla* tereti-pyramidalis, marginibus narium æque fere alta.

Digiti antici tres: posticus unus. *Membrana* coriacea extimi & medii digiti basin laxe coniungit.

43. *AQVILA.* *

Falconis quædam species. LINN. gen. 35., ed. 6. gen. 36.

Aquila, *Accipitres*, & *Milui* *Auctororum*.

Def. *Rostri* superficies a basi adunca: *mandibulae superioris* basis cera obducta, margine medio obtuse sinuato(a).

Nares oblongæ: loco *papillæ* lamina membranacea, horizontali, sub narium parte superiori abscondita.

Digiti antici tres: posticus unus. *Membrana* coriacea laxe basin extimi & medii coniungit.

(a) In paucis, uelut *Niso* *recentiorum* dicto, dens obtusus in medio mandibulae superioris margine exstat; fere, ut in *Falconum* genere. Inde patet, narium figuram & papillam utriusque generis essentiam constituere.

44. *VVLTVR.*

Falconis species. LINN. gen. 35., ed. 6. gen. 36.

Def. *Rostrum elongatum, postice rectum:*
dein apice adunco.

Nares oblongæ.

Capitis & colli pars superior implumis:
uel nuda, vel lanagine, vel raris
pilis prædita.

Digitæ antici tres: posticus unus. Mem-
brana . . .

Obs. *Pseudocera in nonnullis speciebus obseruatur,*
quæ cutis producta, frontis est, in qua nares.

Ordo 2.

G A L L I N A E.

Char. *Rostrum breue, conicum, apice incuruo.*

a. *Digitis anticis principio laxe coniunctis, ope parue*
membrane coriacea.

45. *PAVO.* * LINN. gen. 63., ed. 6. gen. 65.

Def. *Rostrum subrectum, supra uersus api-*
cem incuruatum.

Verticis fasciculus pennaceus, erexitus.

Palearia nulla.

Digitæ antici tres: posticus unus.

Obs. *Mares calcare in tibiarum infima parte gaudent,*
ac superbientes caudam sape in orbem ex-
pandunt.

46. *CRAX.*

46. *CRAX*. LINN. gen. 64., ed. 6. gen. 66.

Cocq-Indien. PERR. Mem. d. Anim. 146. sqq. fig. bon.

Def. *Rostrum* subrectum, superficie apicem versus descendente.

Capitis corolla plumosa retrorsum ascendens, apicibus anterius sum reuolutis.

Digiti antici tres: posticus unus.

47. *CENCHRAMVS*. *

Meleagris. LINN. gen. 65., ed. 6. gen. 67.

Def. *Rostrum* apice supra descendens.

Frontis caruncula, cornu figura, pendula.

Caput & collum superius circumcirca cute nuda glandulosa, tuberosum.

Gutturis crista cutacea, pendula, longitudinalis, palearium loco.

Digiti antici tres: posticus unus. *Membra-*
na antiorum intermedia primum articulum hinc & inde occupans.

Obs. *Maris prolobus* pluma cirrhosa, curua, extante praeditus; loco calcaris in tibiis uerruca cornea. Caudam saepe in orbem eleuant.

48. *MELEAGRIS.* *

Galli species. LINN. gen. 66., ed. 6. gen. 68.

Peintade. PERR. Mem. d. Anim. 134. i. p. 134. opt.

Def. *Mandibulae superioris basis membrana nuda, callosa, in qua nares, teæta.*

Genæ nudæ, papilloſæ.

Prope riſum oris utrimque palear unum, nudum, compressum, pendulum, e cute mandibulae superioris oriundum.

Digitæ antici tres: posticus unus. Membrana anticorum intermedia, ut in Gallo.

Obs. Quia Parisienses ap. PERRAVIT l. c. abunde probauerunt, has esse Veterum Meleagrides, gener huic merito nomen vindicauit.

49. *GALLVS.* * LINN. gen. 66., ed. 6. gen. 68.

Def. *Frons crista nuda, cutacea, incisa gaudet.*

Guttur palearibus binis, nudis, compressis, pendulis,

Digitæ antici tres: posticus unus. Membrana anticorum intermedia extimæ primum cum dimidio articulum & primum medii: & altera primum intimi & medii digitæ articulum occupans.

Obs. Mares adulti calcare corneo, durissimo, conico, in tibiis inferius gaudent.

50. *TE-*

50. TETRAO. * LINN. gen. 67., ed. 6. gen. 70.

Phasianus. LINN. ed. 6. gen. 69.

Def. *Mandibula superioris* superficies obtusa,
obiter apicem uersus falciformis.

Nares lineares, membrana(a) inflata, molli,
superne iis incumbente.

In *palpebrarum* regione glomeres papilla-
rum nudarum,

Digi antici tres: posticus unus. *Mem-
brana* articulum primum, æquali
utrimque longitudine, occupat.

(a) In quadam specie nares plumis omnino rectæ.

Obs. Phasiano mari calcar in tibiis est: reliquis te-
traonibus non: an hæc nota ad distinctum
genus sufficit? Phasiano certe uulgari glo-
meres papillarum ad supercilia æque sunt,
ac reliquis tetraonibus, immo magis diffusi.
Quam Phasiani speciem Optimus LINNAEV^S
Amoenit. med. diff. XI. p. 282. descripsit ac
depinxit, eam area oculorum nuda incarna-
ta præditam dixit. An cum, uel sine papil-
lis? Sit nuda, cutacea: nonne tamen ni-
mis magna manet adfinitas cum phasiano
uulgari?

51. *COTVRNIX.* *

Tetraonis species. LINN. gen. 67., ed. 6. gen. 70.

Def. *Rostrum* superne in basi inter plumas frontales acutum, reliqua superficie obtusa.

Nares lineares, membrana inflata, molli, superne iis incumbente.

Palpebrae plumosæ, absque papillis.

Digiti antici tres; posticus unus. *Membrana* anticorum intermedia inter binos primos articulos extimi & primum medii; & altera inter primum intium & medii digiti articulum.

b. *Digitis* penitus fere fissis, rudimento tantum membrana inter anticos hærente.

52. *COLVMBA.* * LINN. gen. 68., ed. 6. gen. 72.

Def. *Rostrum* rectum, uersus apicem supra descendens.

Nares lineares, molles: membrana molli, tumida semitectæ.

Digiti antici tres; posticus unus. *Digiti* non connexi *membrana*, sed prorsus soluti.

Obs. Nec in omni palumbo torquato, nec in turture nostrate, quo^t ego horum syluaticos uidi, rostro basis furfuracea est.

53. *PA-*

53. PALVMBVS.

Columba Maderaspatana species. PETIV. ap. RAI.
Syn. au. 196. f. 14.

Def. *Rostrum conicum, apice incuruo.*

*Caudæ rectrices tres, media longiore; se-
tæ caudæ binæ, singula inter sin-
gulam rectricem interposita.*

*Digiti antici tres : posticus unus. Mem-
brana . . .*

Obs. Quoniam PETIV. auem suam columbam uocavit,
& ego gallinarum ordini genus hoc inse-
rui. Cutis crurum in ipsa aue examinata,
dubium hoc amouebit; præsertim si inqui-
ratur, an membranæ uestigium inter digi-
tos adsit, nec ne. Ceterum rara admodum
caudæ fabrica.



Clas-



Classis III. BRACHYPTERA.

Charact. *Alæ uolatui uel prorsus inidoneæ, uel ad rationem corporis crassi paruæ, quas inter currendum erigunt, & ita plus itineris cursu, quam uolatu absoluunt.*

Genua & femorum inferiorum pars aliqua supra genua nuda.

Pedes corio crasso tecti.

Digitæ penitus fissi.

54. STRVTHIO. † LINN. gen. 60., ed. 6. gen. 62.

SEB. thes. I. t. 51. f. 6.

L' Autruche. PERR. Mem. d. Anim. 164. f. opt.

Def. *Rostrum depresso - subplanum, rectum, apice subrotundo.*

Nares oblongæ, rectæ.

Alæ paruæ, ad uolatum ineptæ.

Cauda subglobosa.

Digitæ antiæ bini absque postico : exterior ungue (a) carens.

(a) Soli Parisenses hoc memoriæ reliquerunt : ceteri omnes auctores binorum unguum minimere.

55. RHEA

55. RHEA.

Struthiocamelus Americanus. RAI. *Syn. au. 36.*

Def. *Caput & Collum Struthionis.*

Ale parvæ, ad uolatum ineptæ.

Cauda fere nulla.

Digiti antici tres, omnes unguiculati : loco postici callus subglobosus.

56. CELA. †

Casuarius. LINN. *gen. 61., ed. 6. gen. 63.*

Emicu. CLVS. *exot. l. 5. c. 3.*

Casucl. PERR. *Mem. d. Anim. 184. descr. opt. t. p. 184. f. opt.*

Def. *Rostrum conicum, rectum, apice superne parum descendente.*

Nares subrotundæ, haut procul ab apice positæ.

Lingua circumcirca denticulata.

Caput fere caluum; uertex galea callosa, cornea instruetus; palearia bina, nuda in iuguli medio.

Callus nudus in medio pectoris.

Remiges quatuor [CLVS.], quinque [WILL. & PERR.] sine fibrillis lateralibus.

Cauda nulla.

Digiti antici tres, absque postico: omnes unguibus præditi.

Obs. *CLVS. & Parisiensis palearia eodem loco collocant. His igitur obseruatoribus fidelibus credidi. WILL. & BONTII figuræ palearia immixto mox sub rostro penunt. BONTII quoque figura ob digitum posticum additum falsa.*

D 5.

57. RA.

57. RAPHVS.

Cygnus cucullatus. NIEREMB. *bifl. nat.* 231. e CLVS., RAI.

Syn. au. 37.

Dronte. BONT. *I. 5. c. 17.* descr. & fig.

Def. *Rostrum* conico - oblongum, apice incurvo.

Caput membrana, cucullum referente, rectum.

Alae exiguae. *Remiges* quinque circiter.

Rectrices quinque, in globum conuolutæ.

Digiti antici tres, posticus unus : omnes unguibus prædicti.

58. OTIS. † LINN. gen. 62.

Otarde PERR. *Mem. d. Anim.* 150. fig. opt.

Def. *Rostrum* conicum, rectum, apice superne parum descendente.

Caput & *collum* simplex, plumosum.

Remiges pennacei : complicati cauda breuiores.

Digiti antici tres, absque postico.

Vngues supra & subtus conuexi.



Clas-

Classis IV.
HYDROPHILAE.

Char. *Genua antice nuda.*
Pedes cute molli, coriacea testi.

Ordo I.

ODONTORHYNCHAE.

Char. *Margines oris dentato - ferrati.*

59. PHOENICOPTERVS *Auctorum, &*
Linn. Syst. Nat. ed. 6. gen. 47. uid. Sea. thes.
i. t. 67. f. i. opt.

Def. *Rostrum ad oculos usque nudum, in*
medio supra gibbosum, tum de-
orsum uersus apicem descendens;
marginibus falcato-decuruis. Man-
dibula inferior latior.

Oris margines utrimque dentati.

Colli & pedum mira longitudo, longitu-
dinem trunci corporis multum
excedens.

Digiti antici tres, *membrana intermedia (a)*
toti cohærentes: posticus solutus.

(a) Ad tertium medii articulum usque. *KLEIN. prodr.*
au. 127. e Transact. Anglican.

O. f.

Obs. WILL, RAI., WORM., aliisque auctores Phoenicoptero auctorum vulgari oris margines superne tantum dentatos tribuunt; sed LINNÆVS loc. cit. hunc cum illo Americano SEBE coniungit, cui margines oris supra & infra dentati. Quodsi ergo in descriptiōnibus WORM. & reliquorum error occurat, & vulgaris Phoenicopteri margines oris utrimque dentati sint, maneat hoc genus: quodsi uero distinguantur, alter oris margine superne, alter utrimque dentato, iure diuersa forent aucts censenda.

60. PELECANVS.

Platea, LINN. gen. 48

Anatis species, LINN. Syst. nat. ed. 6. gen. 48.

Def. Rostrum depresso-planum: apice ampliato, subrotundo.

Oris in margine dentibus mollibus cinctum. FRISCH, in A. F. Nat. Cur. Vol. V.

Digitorum trium anticorum membrana intermedia binos articulos explet. FRISCH, l. c., posticus solutus.

61. ANAS.* LINNÆVS gen. 50., ed. 6. gen. 48.

Def. Rostrum depresso-conuexum, apice unguiculato: cuneo maxumam partem a rostro inclusa, adunco.

Oris margines supra & infra dentato-serrati; dentes marginibus palati superioris intus oblique inserti.

Digitæ anticæ tres, membrana intermedia toti coharentes; posticus solutus.

62. MER-

62. MERGV. * RAI. *Syn. au.* 134.; LINN.
gen. 51., ed 6. gen. 49.

Def. *Rostrum* depresso-conuexum, uersus apicem angustius, apice unguiculato: *cunei* radice a rostro tantum cincta, maxima parte *cunei* libera & adunca.

Oris margines supra & infra dentato-serrati; dentes marginibus extimis palati superioris in plano horizontali inserti.

Digiti antici tres, *membrana intermedia* toti cohaerentes: posticus solutus.

63. PTYNX.

Anhinga *Brasiliensibus*, MARGGR. ap. WILL. *Orn.* 250.
t. 72.

Def. *Rostrum* cylindraceo-conicum, rectum.

Oris margines ubique duplii dentium ordine ferrati.

Digiti antici quatuor absque postico: omnes *membrana intermedia* toti cohaerentes.

Obs. Maneat heic, donec oris dentes ac rostrum curatius perspecta sint. Vereor interim, ne error aliquis in descriptione MARGGR. subsit: natura namque ad *stenorhynchas* nostram amandare uidetur. Conf. §. 67. *in not.*

Or-

() () ()

Ordo 2. *PLATYRHYNCHAE.*

Char. *Rostrum* angustissimum, subouatum, lateribus ad se inuicem arctissime compressis.

64. *SPHENISCVS.* *

Colymbi species. LINN. gen. 53.

Alcæ species. LINN. ed. 6. gen. 52.

Def. *Rostrum* subouatum, lateribus angustifime & perpendiculariter compressis, apice adunco.

Cutis callosa, dura, in basi mandibulae superioris.

Ad superficia cornu breue.

Femora testa.

Pedes pone aquilibrium.

Digiti antici tres, absque postico: *membrana* intermedia toti cohærentes.

Obs. Singularis admodum figura rostri, cera frontis, & cornua ad oculos, me commouere, ut genus a chenalopece [§ 68.] separarem. Qui anserem Magellanicum ac alcam. H. T. R. uidetur, iudicent, num in ordine naturali coniungi debeant, nec ne. Habui harum avium multas successiue exuvias e Grönlan.

Grönlandia, quarum rostra sulcorum numero insigniter uariabant: habui, quibus unus tantum sulcus; alias, quibus duo, tres, quatuor sulci; quin immo sulco nullo manifesto præditas.

Ordo 3.

STENORHYNCHAE.

Char. *Rostrum* conoïdes, conuexum, ad latera compressum.

Palmipedes.

a. *Rostro* primum recto, dein aduncus.

65. *ONOCROTALVS.* WILL.

Pelecanus. LINN. gen. 49., ed. 6. gen. 5c.

Def. *Rostrum* cranio longius, conico-depressum, rectum, apice extremo aduncus.

Guttur sub rostro bursa inflabili, nuda instruētum.

Nares minimæ, rotundæ, ad plumas capitis in basi rostri sitæ.

Digitæ antici quatuor absque postico: omnes *membrana* intermedia toti cohærentes.

66. *GRA-*

66. GRACVLVS. † LINN. gen. 52.

Pelecani species. LINN. ed. 6. gen. 50.

Anser Bassianus. WILL. Orn. 247.

Def. *Rostrum* cranio longius, conicum, apice aduncō.

Nares nullæ; nisi rima forte narium loco,
Femora extra abdomen.

Digiti antici quatuor absque postico: omnes *membrana intermedia* toti cohærentes.

Vnguis medii digiti in latere interno seratus.

67. LEPTVRVS.

Avis Tropicorum. WILL. Orn. 250. t. 76.

Def. *Rostrum* cylindraceo-conicum, nonnihil falcatum.

Caudæ rectrices binæ tantum, tota aue longiores.

Digiti quatuor, omnes *membrana intermedia* toti cohærentes.

Obs. Noua inquisitione digna uidetur avis, imperfekte quoad caudam forte descripta.

Not. *An*, ut ex lege cognationis, nisi dentes oris oblongarent, uidetur, ptynx [§. 63.] huc referri debeat, uideant cotorntai.

68. CHE-

68. CHENALOPEX.

Anser Magellanicus & Pinguin. CIVS., WORM., RAI.,
WILL. Orn. 242,

Alca species. LINN. ed. 6. gen. 52.

Def. *Rostrum* conoides, conuexum, ad latera
compressum, & aliquot fulcis
transuersis canaliculatum, apice
incurvo.

Cauda breuissima.

Femora fere intra abdomen, pone æqui-
librium, ut recto corpore incede-
re cogatur.

Digiti antici tres, absque postico: toti
membrana intermedia cohærentes.

69. ARCTICA. *

Rotges. MART. Spitzb. 61. t. M. fig. c.

Plautus columbarius. KLEIN. prodr. au. 146. n. 1.

Def. *Rostrum* crano breuius, rectum, coni-
co-attenuatum; mandibulæ supe-
rioris apice superne parum de-
scendente.

Nares subrotundæ.

Femora tecta, in æquilibrio posita.

Digiti antici tres, absque postico: *membra-*
na intermedia toti cohærentes.

70. GAVIA.

Lari tetradactyli. RAI. *Syn. an.* 127.

Larus. LINN. *ed. 6. gen.* 53.

Def. *Rostrum* a basi ad nares rectum, lateribus perpendiculariter compressis: a narium fine deorsum incuruum, aduncum. *Mandibula inferior* ad gutturis principium angulosa.

Nares lineares.

Femora extra abdomen.

Digiti antici tres, membrana intermedia toti cohærentes: posticus solitus.

71. BUPHAGVS.

Skua. HOIER. *ap. Clvs. exot. auctar.* 369., WILL. *Orn.* t. 67.

Catarractus. RAI. *Syn. an.* 128.

Def. *Rostrum* postice rectum, membrana callosa ad nares usque tectum, versus apicem incuruum, lateribus compressis.

Femora extra abdomen.

Digiti antici tres, membrana intermedia toti cohærentes: posticus liber.

AD. 10.

E

72. PRO-

72. PROCELLARIA. LINN. Faun. n. 249. t.

2., Syst. nat. ed. 6.

Def. *Rostrum* tenue, compressum, rectum,
apice superiore incuruo.

Nares cylindro, rostro parallelo, eique
adnato, prominulæ.

Femora extra abdomen.

Digiti antici tres, membrana intermedia
toti cohærentes: posticus mini-
mus, solutus.

b. *rostro* subulato, recto, ad extreum apicem parum
curuo.

73. VRIA. *

Columba Grœnlandica, WILL. Orn. 245. t. 78.

Def. *Rostrum* subulatum, rectum, extremo
apice incuruato. *Mandibula inferior*
ad gutturis principium obiter an-
gulosa.

Nares lineares.

Femora intra abdomen, in æquilibrio po-
sita.

Digiti antici tres, membrana intermedia to-
ti cohærentes: posticus nullus.

74. LARVS. *

Lari aliquot species. LINN. gen. 54.

Lari minores, cauda forcipata WILL. & RAI.

Sterna. LINN. ed. 6. gen. 54.

Def. *Rostrum* subulatum, fere rectum, superne uersus apicem parum descendens. *Mandibula inferior* ad guttulis principium obiter angulosa.

Nares lineares.

Femur inferius ad dimidias (a) extra abdomen, in æquilibrio positum.

Digiti antici tres, *membrana intermedia* toti cohærentes; posticus liber.

(a) In quibusdam speciebus totum extra abdomen,

75. CATARACTES. *

Lomvia inf. Farrae. HOIERI RAI. *Syn. an.* 121.

Def. *Rostrum* subulatum, lateraliter compressum, subrectum. *Mandibula inferior* ad guttulis principium obiter angulosa, angulo sulcato.

Nares lineares, rectæ, haut procul a margine sub plumis frontalibus positæ.

Cauda breuissima.

Femora intra abdomen, pone æquilibrium ad podicem posita.

Digiti antici tres, absque postico: *membrana intermedia* toti cohærentes.

c. rostro

c. rostro subulato, recto.

76. CEPPHVS. *

Colymbi species. LINN. ed. 6. gen. 51.

Colymbi caudati. WILL. & RAI.

Def. *Rostrum* subulatum, rectum. *Mandibula inferior* ad gutturis principium obiter angulosa; angulo obiter sulcato.

Nares lineariformes.

Cauda breuissima.

Femora intra abdomen, pone æquilibrium ad podicem posita, ut perpendiculari fere corpore incedere cogatur.

Digiti antici tres, membrana intermedia toti cohærentes: posticus solutus, adpendice membranaceo auctus.

Ordo 4.

VRINATRICES.

Char. *Rostrum* conoides, ad latera compressum.

Palmipedes: membranis digitorum diuisis.

77. COLYMBVS. * LINN. gen. 53., ed. 6. gen. 51.

Colymbi, cauda carentes. RAI. Syn. au. 124.

Def. *Rostrum* subulatum, rectum. *Mandibula inferior* ad gutturis principium angulosa.

E 3

Nares

Nares oblongæ.

Cauda nulla; eius loco *cirri* molles, fibrillosi, breuissimi.

Femora intra abdomen, pone æquilibrium ad podicem posita, ut fere recta uacillando incedere cogatur.

Digitii antici tres, ad dimidias membrana intermedia cohærentes, dimidio extremo ad utrumque latus appendice membranaceo, integro aucti; posticus solutus.

Vngues planiusculi, a membrana digitorum fere inclusi: medius antice pectinatus.

78. *FVLICA*. * RAI. & LINN. gen. 55., ed. 6. gen. 51.

Def. *Rostrum* subulatum, lateraliter compressum, rectum, apice supra parum descendente. *Mandibula inferior* ad gutturis principium angulosa.

Nares lineares.

Frons superne callo molli, nudo testa.

Cauda breuissima.

Femora ad dimidias extra abdomen, in æquilibrio posita,

Digitii antici tres, ad exortum rudimento membranæ connexi, in utroque latere adpendicibus membranaceis, ad articulos incisis, aucti: posticus liber, membrana auctus.

Ordo



Ordo 5.

S C O L O P A C E S.

Char. *Sulcus uel foueola ante nares.*a. *Rostro conico, ad latera compresso; semipalmipedes.*

79. GRVS. LINN. gen. 45.

Ardeæ species. LINN. ed. 6. gen. 55.

Def. *Rostrum digitus longius, rectum.**Caput supra nudum, papillosum, rarissimis pilis inmictis.**Pes tetradaëtulus. Membrana articulum primum medii & extimi digiti occupans.**Vngues integri.*

80. IBIS. BELLON. l. 4. c. 9. 5. SEB. thes. 1. t. 62. f. 3.

Def. *Rostrum digitis longius, utrumque falcatum, in lateribus basis ad oculos usque nudum.**Pes tetradaëtulus. Membrana
Vngues oblongi, compressi, integri, acuti.*

81. ARDEA. * LINN. gen. 47., ed. 6. gen. 55.

Ciconia. LINN. gen. 46.

Def. *Rostrum digitis longius, rectum uel subrectum, mandibulis æque longis.**Pes tetradaëtulus, longissimus. Membrana articulum primum medii & extimi digiti occupans.*

Obs.

Obs. In ciconiis auctorum genæ plumosæ : in ardeis latera basis rostri & genæ ad oculos usque nuda. In ciconiis unguis omnes integri: ardearum unguis medius interiori margine squamis serratus. An nota hæc genus utrumque coniungant, uel separant, aliis iudicium esto.

82. CREX.

Ardeæ species, SEB. thes. I. t. 64. f. 2.

Def. Rostrum digitis cum ungue brevius, subrectum, lateribus basis ante oculos plumosis.

Per tetradactylus. Membrana . . .
in Unguis . . .

b. Rostro conico, ad latera compresso; fissipedes.

83. CICONIA.

Grus Bælearica. WILL. Orn. t. 48.

Pauonis species, LINN. ed. 6. gen. 65.

Def. Rostrum rectum, supra uersus apicem parum descendens. A basi mandibulae inferioris palearia bina nuda dependent.

Corolla erecta, setosa, rotunda in uertice.

Fasciculus plumarum longiorum a ungulo toto dependens.

Digiæ antici tres: posticus unus.

Obs. Palearia peregrinum quid sunt in hydrophilorum gente, magis usitati in brachypteris quibusdam atque gallinis; ideoque tere certe subiunxit esse genus hoc, praesertim quia inter curandum

rendum alas erigere, ac ita uelocissime currere dicatur ab ALDROV., quod brachypteris peculiare est. Nimia tamen in plerisque attributis aliis, partiumque structura, similitudo cum Scope [§ 84.] me communuit, ut hoc naturali magis, uti uidebatur, loco collocarem, loco, inquam, elegibus methodi nostræ æque idoneo. Simile philomachi [§. 93.] genus exemplum præbet, cuius glomeris papillosi usitatus in tetraonibus &c., inueniuntur.

84. SCOPS.

Demoiselle de Numidie. PERR. Mem. d. Anim. 156 sqq.

fig. opt.

Virgo Numidiæ. Allgem. Hift. der Reis. t. 3. t. 13 f. 3.
superficie.

Def. Rostrum digito antico medio fere æquale.
Corolla plumosa de aribus utrimque retrorsum pendula.

Fasciculus plumosus iuguli, ad medium petoris dependens.

Digiti prorsus soluti: antici tres: posticus unus.

c. Rostro utrimque triquetro; fissipedes.

85. ORTIGOMETRA. * WILL. Orn. 122. t. 29. 3. LINN. e.l. 6. gen. 58.

Def. Rostrum rectum, digitis breuius. Mandibula inferior subtus ad gutturis principium angulosa.

Pes tetradastylus. Digiæ penitus fissi.

E 5

a. Rostro

d. *Rostro subulato, teretiusculo; sensipalmipedes.*

86. TROCHILVS. *

Numenii species. LINN. gen. 59.

Recurvirostra Aucterum, LINN. ed. 6. ge. 56.

Def. *Rostrum depresso-planum, digitis longius: utrumque sursum incurvatum.*

Pes tetradactylus. *Membrana inter articulos tres digiti extimi & binos medii: & altera inter articulos binos medii & primum digiti intimi.*

87. NVMENIVS. * LINN. gen. 59.

Def. *Rostrum digitis longius, utrumque dorsum incurvatum.*

Pes tetradactylus. *Membrana digitorum antidorum primum articulum occupans.*

88. TOTANVS. *

Numenii species aliquot. LINN. gen. 59.

Def. *Rostrum digitis longius, rectum.*

Pes tetradactylus. *Membrana inter digiti extimi & medii primum: & altera breuior inter medii intimique di-midum primum circiter articulum.*

89. HÆ-

89. HAEMATOPVS. * LINNÆVS gen. 56.,
ed. 6. gen. 57.

Def. *Rostrum* digitis longius, rectum: apicem uersus lateraliter cuneatum.

Pes tridactylus, absque postico. *Membrana* inter articulos binos digitii extimi & primum medii: & altera inter dimidium primum articulum intimi & medii digitii.

Obs. Huius etiam generis *Himantopum* PLIN, sive *Loripedem* haberem, modo membrana digitorum intermedia curatius constaret.

90. CHARADRIVS. * LINNÆVS gen. 57.,
ed. 6. gen. 61.

Def. *Rostrum* digitis breuius, rectum.

Pes tridactylus absque postico. *Membrana* inter articulum primum medii & extimi digitii.

91. HIATICVLA. *

Def. *Rostrum* digitis cum ungue breuius, rectum.

Pes tetradactylus. *Membrana* primum articulum inter extimum & medium: & altera breuior dimidium fere articulum inter intimum & medium digitum occupans.

92. VA-

92. *VANELVS.* *

Tringæ species. LINNÆUS gen. 58, ed. 6. gen. 60.

Def. *Rostrum* digitis breuius.

Occiput plumis longis cristatum.

Pes tetradaëtulus. *Membrana* inter articulum primum extimū & medii digiti.

Obs. Posticum huic generi digitum abnuere non possumus. Quidquid enim de *digitis* posticis *spurii* dicatur, in nostrum non quadrat, quia unguis manifeste & semper in omnim individuo & in utroque sexu reperitur. Alia res est cum calcaribus quarundam avium, quæ non a partu statim, sed in adultis demum, nec in utroque sexu adparent. Quodsi digiti spurii character notis certis exstaret descriptus, meliori forte inter *lerus cinereus* BELLONI tridactylis adnumerandus esset, cuius nempe digiti postici rudimentum cutaceum, breuissimum sine ungue est, uti multoties vidi. Supponamus tandem, esse digiti spurii signum essentialie, ungue carere; quid tum de struthionis digito externo statuendum foret?

93. *PHILOMACHVS.* *

Tringæ species. LINN. gen. 58., ed. 6. gen. 60.

Def. *Rostrum* digitis cum ungue breuius.

mutuaq. *Supercilia* papillosa maribus.

Pes tetradaëtulus. *Membrana* inter articulum primum medii & extimū digiti; intimus solutus.

Obs. Mares torque circulari plumarum longiorum, a cervice ad iugulum extensarum, gaudent.

94. *SCHOE-*

94. SCHOENICLVS. *

Def. *Rostrum* digitis cum ungue fere æquale.

Pes tetradactylus. *Membrana* dimidium
primum articulum inter extimum
& medium digitum occupans.

e. *Rostro subulato, tertiusculo; fissipedes,*

95. CINCLVS. *

Def. *Rostrum* digitis æquale, uel parum lon-
gius, apice horizontaliter cuneifor-
mi. *Mandibula inferior* subtus recta.

Pes tetradactylus. *Digiti penitus fissi.*

96. TRYNGA. *

Def. *Rostrum* digitis breuius.

Pes tetradactylus. *Digiti penitus fissi.*

97. RVSTICVLA. *

Numenii specieſ. LINN. ed. 6. gen. 59.

Def. *Rostrum* digitis longius, rectum. *Apex*
mandibulae superioris subtus in conum
solidum definens.

Pes tetradactylus. *Digiti penitus fissi.*

FRAG-



FRAGMENTA GENERV M.

98. NISVS.

Avis paradisiacæ species. SEB. thes. I. t. 60. f. 1.

Def. *Rostrum* conico-subulatum, supra obtusum; utraque mandibula deorsum incurua.

Lingua

Rectrices exteriorēs gradatim longiores, singulæ in basi, apice, & in utroque latere æque latæ.

Pedes

Obs. Videtur Picarum ordini adscribenda.

99. BVTEO.

Avis Paradisiacæ species. SEB. thes. I. t. 60. f. 2 & 3.

Def. *Rostrum* uncinatum, margine mandibulæ superioris sinuato, apice longo, acuto; *mandibula inferior* subouata, apice obtuso.

Lingua

Rectrices binæ, mediis binis utrimque proximæ, reliquis multo longiores, sensim angustiores.

Pedes

Obs. Rostri figura auem hanc *Accipitribus* adnumerat, modo pedes cogniti essent. Quodsi uero tibiae epidermide tenui uestiuntur, genus post collyriones [§. I.] collocari debet.

100. COR.

100. CORNIX. u. SEB. thes. I. t. 64. f. 3 & 6.

Iaculator. KLEIN. prodr. au. 127.

Picæ species. KLEIN. ibid. 62. n. 6.

Def. *Rostrum* digitis longius, conicum, re-
ctum, lateraliter compressum, api-
ce obtuso.

Nares*Lingua*

Cauda corpore breuior; rectrices exterio-
res gradatim breuiores.

Obs. Qualis tibiarum cutis? qualis membrana inter
digitos? adfinis ualde uidetur *Sitta*.

101. FRINGILLÆ ADFINIS.

u. SEB. thes. I. t. 57. f. 4.

Def. *Rostrum* conicum, apice mandibulæ sa-
perioris aduncō.

Nares*Lingua**Digiti*

102. TROGLODYTÆ ADFINIS.

u. SEB. thes. I. t. 42. f. 5 & 6., t. 62. f. 2.
t. 65. f. 3., t. 72. f. 7., t. 99. f. 4.

Def. His dubius admodum e SEBÆ opere
character est. *Rostrum* Troglody-
tis [§. 23.] similes facit, ast nulla
sit lingue mentio.

103. CO-

103. COLVMBAE ADRINIS.

u. SEB. thes. I. t. 66. f. 2. t. 67. f. 2.

Def. *Rostrum* crassum, breue, conico-incur-
uum.*Lingua**Tibia*Digiti antici tres: posticus unus. Mem-
brana

104. DIOMEDAEA.

Ardeæ Americanæ species singularis. SEB. thes. I. p.

101. t. 65. f. 2.

Def. *Rostrum* digitis longius, conicum, re-
ctum, lateraliter compressum, api-
ce obtuso. *Mandibulae* æque longæ.*Nares* lineares,*Lingua**Rectrices* exteriores gradatim breuiores.*Femora**Tibiae*Digiti antici tres: posticus unus. Mem-
branaObs. *Femora* plumosa, modo fides esset iconi, locum
generi huic adsignarent inter dermatopodes,
rostri tamen figura nimium contradicit. *Hy-
drophilis* meliori iure adnumeraretur, modo
genua nuda essent. *Genæ* plumosæ; & un-
gues omnes integri ciconiis vulgaribus valde
propinquam faciunt aem, quæ tamen tibia-
rum breuitate multum ab iis differt. Cratum
quid igitur præstabunt, qui ueram auis struc-
tam detegent, ut adpareat, num ardea sit, uel non?

105. AR.

105. ARDEAE ADFINIS.

u. SEB, thes. I. t. 66. f. 1.

Def. *Rostrum* obiter incuruum, lateraliter compressum, digitis fere æquale.

Femora inferiori parte nuda.

Digiti antici tres; posticus unus. *Membrana*

Obs. Hæc ad iconis fidem; quum SEBÆ Picam nominauerit. Ceterum adfinia hæc genera dixi generibus, quibus nomen præfixum est, latente adhuc harum avium uero & naturali charactere, qui ex ipsis demum auibus conspectis eruendus erit.

106. CVCVLO ADFINIS.

Cuculo adfinis, Touraco dicta. EDWARD. ap. Seligm. t. 13.

Def. *Rostrum* breue, conicum, subito attenuatum. *Mandibula superioris* apex descendens. *Mandibula inferioris* medium suptus angulo prominulo extans.

Nares ouato-lineares, perpendiculares.

Lingua

Rectrices

Digiti antici bini, postici totidem.

Obs. Picarum ordini adnumeranda uidetur pulceritia hæc avis. Desideratur in EDWARDI descriptione figura linguae, ac numerus rectricum; alias certius de naturali genere constaret.

107. *GALBVLA.*

Iacamaciri Brasili. MARGGR. ap. WILL. *Orn.* t. 22;
Picus Brasiliensis. KLEIN. *prodri. au.* §. 16. n. 15.

Def. *Rostrum* capite longius, rectum, compressum, acutum.

Lingua sagittata, breuis.

Rectrices octo.

Digiti antici bini: postici bini.

Obs. Ad fine genus est cuculo, picis & fitæ. Sed quæ nares? an rostrum angulatum? an rectrices semper octo, ut MARGGR. habet, an uero decem, ut uerosimilius iudicare licet?

108. *ATAGEN.*

Fregatta Avis. ROCHEF. *Antill.* c. 15. art. 1.; RAI.

Syn. au. 153.

Raboforcado Hispanis & Lusitanis.

Def. *Mandibulae superioris* apex incuruus.

Guttur palearibus binis, nudis, pendulis.

Cauda insigniter forcipata.

Digiti antici tres: posticus unus. *Membrana*

Obs. Confusa sunt, quæ a uariis de hac aue traduntur: non enim desunt, qui palmipedem fecere.

Hydrophilas inter certo pertinebit, quamvis palearibus [conf. ciconiæ genus §. 83.] gaudeat; cuius attributi gratia Atagenis nomen uacuum huic imposui.

109. *PHA-*

109. PHALACROCORAX.

Auis Maderaspatana, nouaculæ faciæ. PETIV. ap. RAL.
Syn. au. 194. f. 5.

Def. *Rostrum singularissimum. Mandibula superior* inferiori multum breuior, & in hanc ut nouacula in manubrium incidit: *inferior circumscriptio* lata finit.

Digiti antici tres, membrana intermedia ad dimidium iuncti: posticus liber.

Obs. Nihil certi de hoc genere adfirmari potest, neque quo ordine locoue collocari debeat. Vix etiam iconi plena fides habenda, quæ genua plumosa offert, quamvis aus hydrophila uidetur. Examinent alii in aue ipsa rostrum, annon genua antice sint nuda, & quod internodia in digitis membrana occupet? A phœnicopteri genere haut multum abesse uidetur, modo margines oris dentibus gauderent.

110. NYCTICORAX.

Ibijau, sive Noitibo maior. MARGGR. ap. WILL. Orn. t. 14. fig. med.

Def. *Rostrum breue, aduncum.*

Membrana nulla callosa [cera] baseos.

Nares rotundæ, nudæ.

Verticis cornu antrorum recurvum. Po- ne cornu *corolla* plumosa, ereta.

Digiti antici tres: posticus unus.

Obs. Mera fides sit iconi. Suspicio nebulam, præfertim quia descriptione caremus.

III. PA-

III. PALAMEDAEA.

Anhima MARGR. ap. WILL. Orn. 202. t. 47.

Def. *Rostrum* gallinaceo simile, uersus apicem incuruum. An digitis parum longius?

In capite cornu teres, erectum.

Ad utriusque alae cristam anticam *cornu* conico-triquetrum existans.

Femora seminuda.

Digiti antici tres: posticus unus. *Membrana*

Obs. Aquaticam rapacem dixit MARGGRAF. Rostri ac membrane digitorum intermediae curata descriptio locum generis determinabunt, num inter scolopaces fisiipedes, uel semipalmipedes pertineat.

II2. MERVLA.

Guira Guainumbi. MARGGR. ap. WILL. Orn. 103 t. 24.

Def. *Rostrum* compressum, parum falcatum, marginibus serratis.

Juguli medii fasciculus pennarum quatuor, longius prominentium.

Rectricum binæ mediae logissimæ, dimidio nudæ: ad extremum plumosæ.

Digiti antici tres: posticus unus.

Obs. Quot rectrices? quæ tibiarum catis? quæ membrana digitorum intermedia? haut procul a bucconis [§. 3.] genere ab esse uidetur.

II3. Ja-

113. Jaguacati guacu *Brasil.* MARGGR. ap. WILL.*Orn.* 102. t. 24.

Def. *Rostrum* digitis capiteue longius, re-
ctum, acutum.

Femora inferiora ex parte nuda.

Digiti antici tres: posticus unus.

Obs. Prima figuræ facies sittam fere refert. Sed MARGGR. femora inferiora supra genu nuda dicit, quæ nota hydrophilis eam adnumerat, ac seorsim rusticulis adsinem facit; si modo constaret, an apex mandibulæ superioris subitus solidus sit, qualis tibiarum curvis, quæ membra inter digitos, an falcus ante nares?

114. TROGON.

Curucui MARGGR. ap. WILL. *Orn.* 96. t. 22.Guira Acangatara MARGGR. ap. WILL. *Orn.* 96. t. 22.

Def. *Rostrum* capite breuius, incurvum sen-
sim.


Lingua

Rectrices octo?

Tibiae breues, magnam partem plumosæ.

Digiti antici bini: totidemque postici.

Conf. *Galbulæ* gen. 107.



INDEX

INDEX GENERVM.

- | | |
|--|----------------------------------|
| <i>Accipiter</i> gen. 43. | <i>Certhia</i> 17. |
| <i>Alauda</i> 32. | <i>Charadrius</i> 90. |
| <i>Alca</i> 64. 68. | <i>Chenalopex</i> 68. |
| <i>Ampelis</i> 29. | <i>Chloris</i> 26. |
| <i>Ampelis</i> 1. | <i>Ciconia</i> 83. |
| <i>Anas</i> 61. | <i>Ciconia</i> 81. |
| <i>Anas</i> 60. | <i>Cinclus</i> 95. |
| <i>Anhima</i> 111. | <i>Cocq-Indien</i> 46. |
| <i>Anhinga</i> 63. | <i>Colius</i> 16. |
| <i>Anser</i> 66. 68. | <i>Collyrio</i> 1. |
| <i>Aquila</i> 43. | <i>Columba</i> 52. |
| <i>Aracari</i> 3. | <i>Columba</i> 53. 73. |
| <i>Arctica</i> 69. | <i>Columba adfinis</i> 103. |
| <i>Ardea</i> 81. | <i>Colymbus</i> 77. |
| <i>Ardea</i> 79. 82. 104. 105. | <i>Colymbus</i> 64. 76. 77. |
| <i>Ardex adfinis</i> 105. | <i>Corações</i> 5. |
| <i>Asilus</i> 35. | <i>Cornix</i> 100. |
| <i>Atagen</i> 108. | <i>Corvus</i> 6. |
| <i>Avis Maderasp. nouae. fac.</i> 109. | <i>Corvus</i> 5. 7. |
| — <i>Paradisiaca</i> 2.8.11.19.98.99 | <i>Coturnix</i> 51. |
| — <i>Tropicorum</i> 67. | <i>Crax</i> 46. |
| <i>Autruche</i> 54. | <i>Crex</i> 82. |
| <i>Bucco</i> 3. | <i>Cuculo adfinis</i> 106. |
| <i>Buceros</i> 5. | <i>Cuculus</i> 12. |
| <i>Buphagus</i> 71. | <i>Cuculus</i> 13. |
| <i>Buteo</i> 99. | <i>Cuiriri Acamaku</i> 11. |
| <i>Caprimulgus</i> 40. | <i>Curucui</i> 114. |
| <i>Caryocatactes</i> 7. | <i>Curruga</i> 18. |
| <i>Casuarius</i> 56. | <i>Cygnus</i> 57. |
| <i>Casuel</i> 56. | <i>Demoiselle de Numidie</i> 84. |
| <i>Cataractes</i> 75. | <i>Diomedæa</i> 104. |
| <i>Cataractes</i> 71. | <i>Dionte</i> 57. |
| <i>Cela</i> 56. | <i>Emberiza</i> 26. 28. |
| <i>Cenchrampus</i> 47. | <i>Emen</i> 56. |
| <i>Cephus</i> 76. | |

- Erithacus 31.
Falco 42.
 Falco 1. 43. 44.
 Ficedula 30.
 Fregatta avis 108.
 Fringilla 27.
 Fringilla 26. 28.
 Fringillæ adfinis 101.
 Fulica 78.
Galbula 107.
 Galbula 10.
 Gallus 48.
 Gallus 49.
 Garrulus 5.
 Gauia 70.
 Graculus 66.
 Grus 79.
 Grus 83.
 Guira acangatara 114.
 Guira guainumbi 112.
Hæmatopus 89.
 Hiaticula 91.
 Hirundo 38.
Iacamaciri 107.
 Iaculator 100.
 Iaguacati guacu 113.
 Ibijau 110.
 Ibis 80.
 Ispida 20.
 Ispida 17. 21.
 Lynx 13.
Larus 74.
 Larus 70. 74.
 Lepturus 67.
 Lomvia 75.
 Loxias 24.

 Loxia 24. 25.
 Luscinia 34.
Melegoris 48.
 Meleagris 47.
 Mergus 62.
 Merops 21.
 Merula 112.
 Miluus 43.
 Monedula 11.
 Motacilla 33.
 Motacilla 34. 35.
Nisus 98.
 Nisus 43.
 Noctua 40.
 Noitibo 110.
 Numenius 87.
 Numenius 86. 88. 97.
 Nycticorax 110.
 Onocrotalus 65.
 Orites 37.
 Ortygometra 85.
 Otarde 58.
 Otis 58.
 Palamedæa 111.
 Palumbus 53.
 Paradisæa 2.
 Patrus 36.
 Parus 37.
 Pavo 45.
 Pavo 83.
 Peintade 48.
 Pelecanus 60.
 Pelecanus 65. 66.
 Phalococorax 109.
 Phasianus 50.
 Philomachus 93.

Phoenicopterus 59.	Spinus 28.
Pica 3. 100.	Sterna 74.
Picus 14.	Strix 39.
Picus 107.	Struthio 54.
Pinguin 68.	Struthiocamelus 55.
Platea 60.	Sturnus 9.
Plaurus 69.	Tetrao 50.
Procellaria 72.	Tetrao 51.
Pfittacus 41.	Tooracea 31.
Ptynx 63.	Totanus 88.
Pyrrhocorax 8.	Toucan 3.
Pyrrhulas 25.	Touraco 106.
Raboforcado 108.	Tragopan 4.
Ramphastos 3.	Tringa 96.
Raphus 57.	Trochilus 86.
Recurvirostra 86.	Trochilus 23.
Rhea 55.	Troglodytes 23.
Rhinoceros avis 5.	Troglodytae adfinis 102.
Rhyndace 19.	Trogon 114.
Rotges 69.	Trynga 96.
Ruficula 97.	Trynga 92. 93.
Sanguillo 30.	Turdus 10.
Schoeniclus 94.	Vanellus 92.
Scops 84.	Vpupa 22.
Sitta 15.	Vria 73.
Skua 71.	Vultur 44.
Spheniscus 64.	

Errata:

Pag. 3. l. penult. l. submissime. p. 11. lin. 20. Cemmenii,
 p. 12. l. 16. post idoneas l. nido catenis. p. 15. l. 18.
 turdorum, l. turturum. p. 16. l. 16. coruo, l. cornu.
 p. 21. l. 1. l. quæ. p. 28. l. penult. l. arcte. l ult. per.
 p. 33. l. 11. e puncto fia comma. p. 40. l. ult. Lingue
 p. 45. l. 7. l. rectrices. p. 52. l. 16. huic. p. 53. l. 3.
 l. mandibulæ. ib, lin. 19. med. l. academ. Vol. I.
 p. 55. lin. 10. l. uocauit. pag. 74. lin. 20. l. longius.



menii,
l. 18.
cornu,
lt. per.
linguae
3. l. 3.
Vol. I.
ongius.
ezmol



fc. 5570

S

(X2626203)

MIC



AVIVM GENERAL.

AVCTORE
*PAVLO HENRICO GERARDO
MOEHRINGIO,*

MED. D. SERENISS. PRINCIP. ANHALTINO - SER.
VESTANI CONSIL. ET ARCHIATRO, DYNASTIAE
AC CIVIT. IEVERANAE PHYSICO PROVINC.,
ACAD. IMPER. NAT. CVRIOS. SODALE.

VENEVNT BREMAE APVD GER. GVIL. RVMP.

AVRICAE TYPIS TAPPERIANIS.

1752.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Cyan

Blue

Centimetres
Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13